



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

Cap. I. Historia memorabilis Martyrio Andreæ de Chio, qui in summis doloribus constitutus, implorata Dei genitricis ope, mirificè confortatus est, & pristinae integritati restitutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

HISTORICÆ
NARRATIONES DE
IMMACVLATA DEI GENI-
tice, eiusque mirificis o-
perationibus.

*Georgius Trapezuntius (qui sub Frederico III. Casa-
re scriptor celebris existit) citatus à D. Petro Ca-
nissellib. 5. cap. 19. operis sui de B. Maria virgine,
et refertur à Laurentio Surio 29. Maij: Historia
memorabilis de martyrio Andrea de Chio, qui in
summis doloribus constitutus, implorata Dei Ge-
nitricis ope, mirificè confortatus est, & pristinae
integritati restitutus.*

CAPVT. PRIMVM.



VANDO iam triennio è
Creta Constantinopolim na-
uigassem, scribit Trapezunti-
us, vniuersam illam urbem cū
Gallata simul in admiratione
atq; gaudio reperi non paruo,
propter singulare ac inauditum multis tem-
poribus Andree de Chio pro Iesu Christi pas-
sione martyrium. Fuit enim paulò ante mira-
bili constantia per gratiam Dei gestum. Nam
ego quidem mense Nouembri applicui, anno
ab Incarnatione Domini 1465. Andreas verò
martyr Christi præcipuus 29. die mensis Maij
eiusdem anni, coronam Martyrij misericor-
dia

dia Christi consequutus, in cælos adfcedit
 cum, pro quo multos cruciatus sustinuit. Ve-
 rum quod mirabilius ritè consideranti videbitur,
 illud est quod nisi Andree martyrium con-
 uinitus destinatum diuina gratia Christiani-
 opem tulisset, & animos eorum firmasset, pro-
 gna in eos clades & ærumna ingens ab inimico
 generis humani, procellæ in morem fuisse
 effusa. Quidam enim, quem honoris causa
 nomino, ex Trapezuntina ortus vrbe Peripatetico-
 reticorū, Philosophiæ professor, siue sua sponte,
 te, vt multi aiunt, siue impulsus nescio, nec
 sciam, dicere ausim, Crucem Domini negauit
 & Mahumeto adhæsit. Quare Turcatum re-
 clatus, virum quendam, cuius nomē me fignis
 ipsumque Trapezuntium militiæ peritissimum
 in carcerem coniecit: dignum ratus, vt Philosophum
 conciuē suum volens nolensve in carcerem
 taretur, cupiebat enim eius opera vt in
 Cūmque Christiano non consideret, ad Mahumetum
 intrudere, cupiebat. At ille ærumna
 martyr dicebat: In delicijs educatus, materiam
 spe ipsarum, Christi crucem negauit: Ego enim
 tem, qui pro Imperatore eo mortali cotra-
 tosque labores cum Schythis bella gerens
 vulneraque excepi (dixit & aperto pectore
 catrices ostendebat) pro Imperatore eadem
 mortem timebo; absit à me tanta infamia. Quod
 mens præterea esset mea, vel potius, quæ
 titia, veritatem doloris fugiendi causa prode-
 re.

reæ æterna cælestiaque regna repudiare, Ma-
hometoq; adherere, vt bellorum labores sub-
cam, pericula magna pro Imperatore mortali
suscipiam, gladios in Christianos Christianus
ipse nauis, distringam? & denique in mortem
ruere, quam fugiendam censuit Pholosophus,
vt in æternam ac veram mortem deferar præ-
cepit: Hæc ille.

Verum dum hæc Constantinopoli fierent,
Andreas febribus grauiter laborabat, cælibem-
que se perpetuò fore reginæ misericordiæ vir-
gini vouit, si euaderet. Sedatis ilicò febribus
paulò post, quasi ex morte surrexit, & albis se
vestimentis induit, vt scilicet nunquam obli-
uisci posset mundiciæ corporis, quam creato-
rit obrulit matri. Constantinopolim deinde
petiit, non vt mercator, aut vagus quidam ma-
gnarum urbium visendarum cupiditate. Sum-
ma enim in iuvene septè & viginti annorum
grauitas atque constantia illucescebat. Rarè
quis inane verbum ab eius ore excidisse audi-
uit: in loco enim penitus erat alienus. Cur igi-
tur inuira gratia Dei, vt ego arbitror, ad mar-
tyrium vocabatur, vt & ipse in cælis Christo
cum alijs martyribus assisteret, & omnibus
prodesset, qui Philosophi siue leuitate, siue
terrore fuerant conturbati. Statim cum in ur-
bem applicuit, accusatus fuit, quod cum Chri-
stianis conuersaretur, Ecclesiâsq; viseret: quasi
Christianus summa cum religione ac deuo-

224 COLLATION. SACRAR.
tione homo, qui crucem Alexandria negavit
conculcavit, sputis foedavit, ac demum in
cora proiecit. Hæc mercatores Aegyptii,
tunc in vrbe aderant, ad iudicem derulerunt,
seque ipsos vidisse eum negantem, confite-
témque, quod Mahumeto adhereret, au-
uisse attestabantur. Trahitur in iudicium An-
dreas iniquum, accusationeque recitata ma-
quam se à Chio, vbi natus educatúsque fuit,
nisi tunc recessisse affirmabat, idque multis
testibus approbat, vaiuersámque Chii civita-
tem hoc ipsum scire aiebat. Tunc Christiano-
rum multitudo, quæ circumfusa stabat,
Christianorum testimonium in huiusmodi
causa refutandum est, inquit, Mahumeti-
stæ quoque similiter non recipiendum. Non
sicut nos Christianum falsò accusatum
defendimus, sic Mahumetistæ accusationem
suorum veram esse cõtendunt. Quare prae-
missis testibus res ipsa quærenda est. Non ali-
ter igitur, quàm Iudæi secundum Moysi
legem circumcidi suos, Propheta vester iussit.
Quare si genitalia huius membra simili
laxa sunt, morte iure plectetur: si minimè
ipsa re causa determinetur sua, & nihil
guiratis animis hominum remanebit. Spoli-
atur interea miles Christi, nudúsque à
multitudine adspicitur: nullum in eo iude-
um, nulla circumcisionis macula, nullum
humectistarum apparet vestigium. Exclama-

exheretia Christiani. Confundantur aduersarij, & victi penitus prosternantur, nisi diabolico astu astiuti exposuissent, moris esse in Aegypto, minoris homines ætatis circumcidi, maioris si ad Mahumetum DEI Prophetam conuertantur, circumcidi, si volunt, si vero abhorrent, ad circumcisionem nullo modo cogi posse: quoniam melius sit lucrari animam hominis ex toto corde nobis adhærentem in cæteris omnibus, præter circumcisionem, quam reiicere, quoniam circumcisionem reformidet. His rationibus, vel magis quia sectæ fauebat suæ confusus Iudex nullam se pronunciarî sententiam velle in re tanta dixit, nisi regem consuluerit. Ita enim moris est in causis ambiguis atque arduis. Regem igitur, in carcerem coniecto Christi milite cõsultum adiit, cui omnia cum retulisset, interrogatus de ætate ipsius, habitûq; omni corporis. Iuuenis, inquit ipse, animo inuictus, atque magna statura, grandibus ossibus atq; neruis conuallatus. Rex, qui tales homines in militia habere cupit, Vade, inquit, & primum illi, si nollet voluerit esse, offerimus in militia nostra centurionatum: deinde, prout in virtute ipsum valere conspexerimus, ad maiora progrediemur. Quod si beneficijs non commouebitur, minis atque terrore ipsum concutias, & si neutra promouere poteris via, capite plectas.

Altero igitur die producto ipso, prima
 regis pollicitationes exponitur mirabili
 amplificatione: Quod caput statim eius co-
 tum militum Andrea, & à priuatorum tractu
 conditione, cum principibus connumerat
 ris, quod facile virtus & diligentia tua te
 tollet ad maiora. Verùm cum Martyr Christi
 nihil respondendo contemnere oblata vide-
 retur, qui circumfusi erant veritatis hostes,
 argentum atque aurum, alij vestes, atque
 pellectilem variam pollicebantur. Cumque
 silentio acius perseveraret, Quid, inquit,
 verbis quidem tuis nos dignos putas? Dignos
 quidem, inquit, vos estis multò maiores
 quàm ego dicere aut excogitare queam. Res
 res quas offeris nulla responsione sunt dignas.
 Quid enim caducam hanc vitam atque mo-
 talem putatis magni aliquid habere, quo ce-
 lesti sunt præponenda? Erras, ipsi responde-
 nam nos & ad illam tibi viã aperire studemus,
 & hanc insuper tibi felicem reddere conamus.
 Non coherent, inquit, caduca æternis: nos si-
 licibus misera, non prophana beatis: sed quid
 opus est verbis? Ego felicitatem huius sæculi
 nihil facio: ego crucem, passionem, sepal-
 ramque Christi mei, auxilio illius fretus nun-
 quã negabo: statuite in me quidquid malere-
 tis: vnum rogo, ne me verbis amplius tene-
 re. His dictis coniectus ilicò in carcerem, vin-
 culis cathenatus, pedibus atque manibus ali-
 gatus, ac
 Alij iac-
 tur, & in
 propo-
 alligatus
 quam di-
 verberat
 pectus co-
 pressis, n-
 aduua m-
 ductis, st-
 le dictu,
 miles Ch-
 zuntius,
 in qua fi-
 O feliciter
 nunt, Inse-
 edignu
 citem rec-
 Hæc ali-
 nam, vt a
 Andrea r-
 gelis lo-
 guentis,
 con d' am
 consilio,
 obuleu
 fecati au-
 bendum
 liquid ad
 gatu

gnas, ad meridiem sequentis diei, qui fuit 20.
 Maij iacuit. Post meridiem statim protrahi-
 tur, & in partem vrbs, quæ orientem spectat,
 prope mare ducitur, vbi ad patibulum nudus
 alligatus flagellis atque loris cæditur, acriusq;
 quam dici potest, in principio flagellorum &
 verberum contremuisse dicitur, & manibus ad
 pectus contractis, & digitis in pugnum com-
 pressis, magna exclamasse voce: Virgo Maria
 adiuua me. Inde pedibus altero ad alterum ad-
 ductis, stetit rectus in eisdem vestigiis, mirabi-
 le dictu, vsque ad solis occasum. Interea dum
 miles Christi his cruciatibus exercetur, Trape-
 zuntius, de quo supra retuli, è fenestra turris,
 in qua fuerat inclusus, prominens clamabat:
 O felicem Christianum, ô beatam, quæ te ge-
 nuit, Insulam, ô nobilissimum atq; omni lau-
 de dignum genus, vnde ortus es: Vtinã isthic
 essem tecum, vt eadem paterer pro Christo.
 Hec aliâque vociferabatur, martyrij coro-
 nam, vt arbitror, desiderans. Carnifices autem
 Andrea reducto, multis preciosa membra fla-
 gellis lorisque foedè dilacerata, vngunt vn-
 guentis, cibum quoque atque potum ad ful-
 ciendam in corpore animam de medicorum
 consilio, quorum multi ac peritissimi aderât,
 obtulerunt, ac aquam, in qua non paruum de-
 fecati auri pondus bullierat, conducunt ad bi-
 bendum. Id faciebant, quò longior vita eius a-
 liquid ad negationem crucis afferret, simul &

ostenderent, quanti vitam facerent eius: for-
etiam quoniam cum Christianis enutriti,
nonnulli eorum Christiani fuerint. Nec repro-
rabant, quomodo martyres Christi olim
die cruciabantur, & in nocte conualescerent.
Quare timentes, ne id diuinitus eueniret, no-
dicamentis suis occultare veritatem stu-
bant.

Vigesima prima eiusdem mensis die
sus producit, denudatusque ferreis vngu-
bus tergora, & quæ pridie eius diei fuerant
gellata, dilacerantur. Nec quicquam aliud
cit dixitque miles CHRISTI; quæque
prius contremuit in principio, manusque
se adduxit, digitos in pugnos contraxit, pedes
in iisdem vestigijs tenuit, magnâque voce
mabat: Virgo Maria adiuua me. Sic Trapezu-
tius etiam eadem, quæ pridie vociferabatur,
turi iterum, iterumque repetebat. A duode-
te nocte vnguentis illinitur, similiter & me-
dicamentis atque aquis, in quibus magna
virtus auri fuerat, infusa, sustentatur, quasi
ram crucis hostes salutem eius haberent, ma-
gnam ijs rebus inesse virtutem prædicant.
Spiritus sancti gratiam in medicorum peti-
am, cibi que ac potus commoditatem deici-
tes. Illucescente namque die sanus omnibus
martyr apparuit, quæ res medicamentis
non potest, quæ cum naturaliter agant, læ-
giore indigent tempore, frequentatione
conueni-
ferant: q-
deno-
atocit-
poteft, p-
ma secu-
similiter
torquen-
necubi
fed locis
mus om-
que nõ a-
nili, Vir-
rum, ide-
Trapezu-
bat, vt n-
bus sapi-
Medico-
tor fuille
Vige-
non me-
ris & Do-
ductus, &
tur, hui-
studete
uaderet.
magnitu-
vifuros
clinante
bus, dict-

conueniente, ne digesta in dubiū aliquid con-
 ferant: quod tamen minimè facere possunt, si
 denud corpus ac sapius exagitetur, siue etiam
 atrocius crucietur: quæ virtus opem adferre
 potest, præter diuinam profectò nulla. Vigesi-
 ma secunda eiusdem mensis die producitur
 similiter post meridiem, ac manus & pedes sic
 torquentur, vt ne digitorum quidem articuli,
 nec cubitus, nec genua locis suis remanerent,
 sed locis suis omnia salirent; qui dolor maxi-
 mus omnium est. Cetera similiter gesta dicta-
 que nõ ab ipso solum, quæ tamen nihil aliud,
 nisi, Virgo Maria iuua me, in principio dolo-
 rum, idque semel clamabat, verum etiam à
 Trapezuntio illo, qui martyrium sic expete-
 bat, vt multis etiam Mahumetistis audienti-
 bus sapius repeteret, quæ dicta superius sunt,
 Medicorum quoq; diligentia, imò etiam ma-
 ior fuisse dicitur.

Vigesima tertia die incolumis sanusque
 non medicorum arte, sed illius primi marty-
 ris & Domini omnium I E S V Christi pro-
 ductus, Andreas nouo genere cruciatus vexa-
 tur, humeros carnibus per gladios denudant,
 stantes semper, ne celerior mors ipsum in-
 uaderet. Sperabant enim, si non acerbitate ac
 magnitudine dolorū, attamen diuturnitate se
 victuros, sed deuidi tandem iacuerunt. De-
 clinante die reducitur, sicuti superioribus die-
 bus, dictis factisque, medicamentis quoq; non

aliter quàm pri^o adhibitis. Die vigesima quarta eiusdem mensis, eodem modo fiunt omnia eodemque in loco, quo in die clunes carnis nouaculis spoliantur non subito, sed cum mora, vt doloris acerbitas magis sentiretur. Cetera omnia similiter acta, vt in superioribus diebus dictaq; eodem modo etiã à Trapezuntio martyre animo atque voluntate, quibus illis diebus, quibus Andreas patiebatur, similiter è turri clamitabat. Die vigesima quinta partes pedum, quæ inter genua cluſæ sunt, carnis similiter denudantur. Cetera eodem modo dicta gestaque fuerunt. Vigesima sexta die, suræ, id est, carnosæ partes pedum, quæ inter genua & poplites similiter carnis denudantur. Ceteraq; facta, dicta, procurata similiter fuerunt. Vigesima septima die, totum corpus à capite ad pedes verberibus caeditur vt doloribus renouatis tandem mouetur. Maxilla quoq; vna vno ictu denudata est, fuit, quam Christiani rapientes seruauerunt, itq; in monasterio B. Francisci, inusitato fragrans odore atq; mirabili.

Vigesimo nono eiusdem mensis die, anno primo Pontificatus Papæ Pauli secundi, producit Andreas de Chio martyr Christianus, præcipuus in locum solitum ad Orientalem vrbis partem propè mare sanus, viua, vultu læto, decora facie. Mahumetistæ his rebus moti, medicamentorum virtute sic factum adferre

bant, & ingratitude illius accusantes. Nō
vires, clamabant Andrea, tuæ vitæ cura nobis
habita est, nostro studio, imò regis ipsius inco-
lamis es, & virtute medicamentorum, & Ma-
humeri gratia, qui te vult deliramenta Chri-
stianorum de cruce ac passione Iesu despiciere.
Quæ beneficia quoniam ingratus non sentis,
morte morieris. Non est mors sic mori, ait, sed
viva. Quare nolite putare me verbis vestris ter-
reū posse, nec medicamēta profuerunt, quip-
p̄, quæ vel in minimis vulneribus, vix post
multos dies aliquid afferre possunt. Me autem
cruce Domini nostri Iesu Christi, & virgo Ma-
ria ad hunc diem conseruauit atque reserua-
uit. His dictis, securi caput supposuit, & ad cæ-
lestia regna euolauit. Tunc mortis eius mini-
stri, vt iudex iusserat, caput & truncum cor-
poris trahere velociter ad mare conantur. Ex-
clamant Christiani, qui lachrymis effusis cir-
cumstant, quorum magna erat multitudo,
sepeliendum esse mortuum, non in mare pro-
iicendum. Illis resistentibus, regiam aiunt
resistentem esse consulendam, sepeliriue ve-
lit ipsum iam mortuum, an in mare proiici.
Hoc audito ipse iudex, ad Regem procurrit
nec enim licet iudicibus, quando Regem esse
consulendum audiunt, quidquam facere vlti-
rius, nisi regi prius referant. Sed Christiano-
rum quoq; primates, quàm velociter poterāt,
regem adeunt, qui cum percepisset, quibus
crucia-

cruciatibus, & quàm diu vexatus fuit Andreas, efferbuisse ira dicitur, & verbis ita atrocibus in iudicem vsus fuisse, vt exanimis ne tigaret quidem iudex iniquus. Sed ea ira, & indignantes minæ simul cum verbis euanescentibus Christianus deinde iubet, vt Andream haurificè, sicut decet virum fortem, sepeliant. Apposito capite corpori suo ad Galatam deponerunt. Aderat autem vniuersus vtrarumque vrbium Galatæ atq; Constantinopolis populus, viri simul ac mulieres, pueri atq; puellæ, liberi & serui, nec Christianorum solum, verum etiam Mahumetistarum multi admirantes commoti non pauciores, quàm decies decem milia, qui omnes alij lachrymâtes, alij laudes eius prædicantes, & alij constantiam ac roborem animi, alij prudentiam ac gravitatem, alij contemptum humanarum rerum: multi fidem in Iesum Christum, in crucem & passionem eius, & in immaculatam Virginem deuotione adorantes. Tandem in Galatæ partem extremam versus ortum, mari contiguam deuenerunt, ubi est Ecclesia virgini Mariæ, si rectè meminerit dicata: ibi depositus iacet.

His ita gestis, magna rex exarsit cupiditate liberandi, sed quia honestè id facere, nisi rogatus, non posse iudicabat, per quasdam, vt dicebatur, mulieres effecit, vt vxor illius promerito supplicaret suo. Sic mors Andree atq; martyrii

RAR. fuit An-
 is ita aro-
 imis ne m-
 ca ira, & d-
 euanuer-
 ream hor-
 peliant. Q-
 latam dep-
 ytratum q-
 polis pop-
 eq; puell-
 olum, ven-
 admiratio-
 ecies de-
 s, alij la-
 am ac rob-
 rem, alij co-
 alij si dem-
 ionem et-
 orionem
 extreman-
 uenerunt,
 tē mem-
 e cupidit-
 ra dixim-
 e, nisi ro-
 dam, vt d-
 lius pro m-
 aree ar-
 marty-

martyrium illum quidem palam, sed multos
 quoque alios à periculo liberauit, multos in fi-
 de Orthodoxa confirmauit, eos, qui ante illius
 martyrium quauis ratione Mahumeto adhæ-
 serunt, pudore confudit, mœstitia affecit, ac
 nani denique pœnitentia & vexauit & vexat.
 His omnibus ego vehementer commotus, ar-
 debam desiderio videndi corpus eius: sed ni-
 ue, frigore, glacieque detentus, hyemis maris-
 que tempestate, illic fui vix mense Februarij:
 eam mihi orandi gratiam intercessione mar-
 tyris DEVS concessit. Vidi que ipsum iacen-
 tem in sepulchro nimium profundo, situ hor-
 rido, ea tamen integritate membrorum om-
 nium, & totius corporis colore, & dignitate
 formæ, tali vultus splendore & habitu, vt non
 animam expirasse, sed dormire mihi sub vm-
 bra leuiter videretur: at qui iacebat loco ita hu-
 mido, vt omnibus iam indumentis, quibus ce-
 rat inuolutum corpus, putrefactis, nudum to-
 tum conspiceretur, præterquam quod genita-
 les partes fragmento lini obtegebantur, exarsi
 cupiditate descendendi, tangendi, osculandi
 pedes, manus, faciem præcipui martyris, nec
 tantum loci humiditas, descendendique dif-
 ficultas, quantum verba presbyteri custodis,
 & spes id aliàs commodius facere, detinue-
 runt.

*Sequentem Historiam Ioannes Patriarcha Hieroso-
 lymitanus Græcè scripsit, eamque tanquam fide di-
 gnam,*